

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruicium g
cum fonte primo

Reuelatur seruo Dei potestas,
mercenario felicitas, filio ueritas.

Seruus dicit: Vadam ad portas inferi;
mercenarius: Non uidebo Dominum
Deum in terra uiuentium; filius:
Psalmos nostros cantabimus
et cetera.

Bernardus in quodam sermone.

Reuelatur itaque seruo Dei potestas,
mercenario felicitas, filio ueritas.
Non quod in Deo ista discreta sint, cui
idem posse quod felicem et veracem
esse, sed quod a creatura Creator, pro
diversis eiusdem creaturae affectibus,
diversis sentiatur respectibus. Cum
sancto enim sanctus, et cum perverso erit
perversus. Audi denique vocem filii:
DOMINE, SALVUM ME FAC. Quare? Forte
ne ardeat in inferno, forte ne fraudetur
praemio? Non, inquit, sed PSALMOS
NOSTROS CANTABIMUS CUNCTIS DIEBUS
VITAE NOSTRAE IN DOMO DOMINI. Non,
inquit, quaero salutem, ut poenas vitem
aut in caelo regnem, sed ut te in
aeternum cum illis laudem, de quibus
scriptum est: BEATI QUI HABITANT IN
DOMO TUA, DOMINE; IN SAECULA
SAECULORUM LAUDABUNT TE.
Servus dicit: VADAM AD PORTAS INFERI;
mercenarius: NON VIDEBO DOMINUM
DEUM IN TERRA VIVENTIUM; filius:
PSALMOS NOSTROS CANTABIMUS
CUNCTIS DIEBUS VITAE NOSTRAE IN
DOMO DOMINI (Psa. 117:19).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de
diuersis*, 3, 9 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H.
Talbot, H.M. Rochais eds., p.93, ll.2-14).